



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De tribus aliis qualitatibus confeßionis cap. 9.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

ret, tunc si alius confessarius haberit non poterit, aliis confessis illud peccatum, vel illam circumstantiam dissimilare poterit donec cōmodē alteri confiteri possit, se-  
cū tamen quando illud damnum non esset aliud quā infamiae tertiae cuiusdem personæ apud confessarium, & persona illa huiusmodi esset ut ea non declarata nō posset declarati peccatum, tunc enim integrè esset confitendum quicquid alii dicant in contrariū.\* Quintus casus & ultimus est, cum pœnitēs aliqua vel mortalia alias confessar, vel venialia numquam confessa omittit, nimirū quia hæc non sunt de necessitate confessionis.

*De tribus aliis qualitatibus Cōfessionis. Cap. 9.*

**S**ecunda cōditio confessionis est, quod sit diligens, seu dili-

genti discussione facta, pro conditione personæ & tempore ex quo confessa est, nam si ex defectu huius accuratæ discussionis aliquod mortale pœnitens in confessione obliuisceretur, confessio esset irrita, & iteranda.\* Tertia quod sit fidelis, id est sine ullo mendacio, ita ut nullum peccatum falso addatur, aut ex certa scientia negetur sed dicantur dubia pro dubiis, certaque pro certis. Mendacium tamen de veniali re, nunquam mortale est.\* Quarta & ultima circumstantia est, quod pœnitens sit obediens confessario, & in omnibus parere paratus, satisfactionis pœnam libenter acceptando, & peccatorum occasiones fugiendo, ad quæ confessarius potest pœnitentem obligare. / Trid. sess. 114.

Quibus in casibus confessio sit iteranda. Cap. 10.